

turalis de DEO, notione actuali; quoad speciem expressam & ideam distinctè conceptam, datur enim notitia habitualis, notione habituali. Obj. 2. Nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Resp. Quoad notitiam acquisitam ex sensibilibus mediantibus phantasmatibus collectam, non vero quoad instantam, infusam & divinitus datam. Obj. Inscriptioñem esse opus gratiae, Jer. 31. Resp. In supernaturalibus & salvificis, non vero naturalibus & naturæ communibus.

**Q. II. An possibile sit dari atheos perfectos & consummatos theoricos? N. contra irreligiosos.**

Aasith,

§. 1. Julius Cæsar Vaninus inter atheos Cæsar, Tholosse ob Atheismum Anno 1629. combustus, plures sibi genuinos reliquisse dicitur apud Italos, Venetos, Gallos, utinam non apud Germanos quoque! Qui tamen cum vel practici sint, vel theorici per execrationem, nondum faciunt theoricos perfectos & per naturam.

Obseruat.

§. 2. Qu. E. I. Non est de practicis. 2. non de indirectis, qui aliquid docent, unde negatur DEUS. Non 3. de directis temporariis, ubi Hulsemannus Brev. c. II. §. 1. concedit: Possibile dari ad tempus quosdam speculativè atheos non per naturam sed per execrationem. Sed perfectis & consummatis per omne vitæ tempus, sine omni metu aut sensu Deitatis, sine omni motu aut fluctuatione, constanter existentibus, per naturam.

Opp. Re-  
jectio,

§. 4. Per exempla tales athei, qui per totum vitæ tempus sine omni metu & sensu Deitatis, sine metu vindicis in malis & sine lætitia in bonis, deprehensi fuerint, probari non possunt, in quibus retundendis distinguendum est, inter ignorantem & negationem: Inter ignorantiam simplicem & affectatam: Inter omnimodæ notitiæ defectum & abominabilem malitiæ affectum: Inter totalem totius esse habitualis, (Deitatis) abolitionem & inter actualem & luminis suppressionem vel obfuscationem, prævalente ad tempus furoris paroxismo. Sed cum,